

Q. H. 261, 20.



X 2054159

J. A.  
AD  
PARENTALIA  
MANIBUS  
B. D. ANDREÆ MOLLERI,  
MEDICI & CHRONOGRAPHI  
FREIBERGENSIS

DIC. SACR.

MAXIME-REVERENDUM DN. PRÆSULEM,

ET RELIQ. PATRIÆ PROCERES,

AC LITERATORUM FAUTORES

A. D. XXII MARTI

A. S. CI<sup>o</sup> I<sup>o</sup>CLXI

EX OFFICIO

INVITAT

M. NICOLAUS GREFIUS, FREIBERG.  
LYCEI RECTOR.

---

IBID. TYPIS BEUTHERIANIS.



*See the cover page*





POLYDORUS VERGILIUS  
DE INVENT. RERUM  
LIB. VI. CAP. IX.

**M**ortuis iusta facienda Pelagius Romanus Pontifex primus curasse fertur; quod Isidorus Apostolis adscribit, qui & ipse illum modum exequiarum quæ hodie sunt, adauxit. Ambrosius id ab Ebraeis fluxisse ad posteros autumat, qui Jacob demortuum quadraginta dies luxere, & Moisen triginta.



B. C. D.  
**LECTORIBUS BENEVOLIS,**  
**VIRTUTUM MOLLERIANARUM**  
**ADMIRATORIBUS**  
**SAL. OBSERV. AMOR.**  
 D. O.

**L**lucescente crastinâ luce, si dederit DEUS, is ipse redibit dies XI Calend. Aprilis, quem Superioris seculi Annô XCIIIX. Natalem habuit NOBILISS. EXCELLENTISSIMUS, EXPERIENTISSIMUS ANDREAS MOLLERUS, PEGAVIUS, PHIL. MEDIC. DOCTOR celeberrimus, PHILOGOGUS ac POETA CÆ. clarissimus, REIPUBL. FREIBERG. PHYSICUS ORDINAR. dignissimus, atq; BIBLIOTHECARIUS meritissimus, Vir in tantum æstimandus, in quantum Virtus ac Eruditio intelligi possunt, Cùm verò *vetus Religio sit, Natales non modò virorum ingentium colere; Sed obitus quoq; venerabiliter recordari;* Nemo certè, cui vel mica Salis superesse videtur, mihi vitio vertet, si tanti Viri, *Præceptoris olim & Patroni optimi emortualem,* qui omnibus Bonis luëtuosus accidit superioris Anni d. XII. Cal. Februar. laudatione funebri exuperim. Verus enim honor in mortuos is, & inculpatissima veneratio est, nosse qui fuerint, & unde fuerint, & cujus ope atq; auxilio tanta præstiterint. Cùmq; Ebræorum Magistri, febriculosi mortales :

אשרו של אדם שיצא בשם טוב מן העולם :  
 ie. *beatum illum hominem, qui excedit cum nomine bono ex hoc mundo, judicent;* neutiq; ex horum numero erit segregandus Macarita MOLLERUS; Siquidem Jesu plenus & gloriae mundanae satur excessit, boni Nominis & æternantis

A.M.D.Nat9  
 d. XXII.  
 Martii H.V.  
 pom. A.CIO  
 15 XCIIIX.

B. Buchnerus.  
 Cuneus, Or.  
 1.

Piè denatim  
 d. XXI. Ja-  
 nuar. A. CIO  
 15 CLX.

Medrasch.  
 Ruth. cap. V.  
 v.3. cit. Bux  
 torffio Floril.  
 Ebr, p.201.

us  
 si-  
 m  
 it.  
 u-  
 ies





Kirchmannus  
de Funerib.  
Rom. L. III. c.  
XVI. p. m.  
443.

Cornel. Nepos  
pasfim.

Desid. Heral-  
dus Adversar.  
L. I. cap. VI.  
p. m. 22. 23.  
Isocr. p. m.  
335. seqq.

Buchneri Fa-  
ber. f. 443.  
Gell. L. IX. c.  
11. p. 334.  
Polyd. Vergil.  
Lib. II. c. 23.  
de Jnven. Rer.  
p. 206.

Dn. D. Geier  
de Luctu Ebr.  
Cap. VI. §.  
25. seqq. p. 171.  
Buchnerus.

nantis Memoriae genuinus Possessor. Legimus apud ipsos Antiquitatum funeralium Scriptores, Mortuis Olim ludos institutos, aliis statuas solenni pompâ erectas esse. Quorundam sepulchra annuatim frequentare, floribus ac coronis decorare moris erat; neq; reticebant laudes præclarè meritorum, sed decantabant publicè. Panatheniaca solennitas quando celebrata fuit, peculiare consecratæ sunt laudes iis, qui pro patria cernere fortiter sustinuerant, ceu *Isocrates*, Attica Siren, suppeditat. Harmodio, quod cum Aristogitone Atheniensium Rempublicam à Pisistratadarum tyrannide liberâisset, hoc honoris à civibus datum est, ut solenni cantilenâ, quam in compitis cantabant, honorârint; Hujus initium: *Φίλιππε Ἀρμόδιε οὐκ ἔστι τέθνηκας: Charissime Harmodi haud quaquam mortuus es!* Non referam populos aliò sub Sole latentes, qui suum cuiq; quale erat promeritus, præmium deprædicando persolverunt. Quod si verò tam laudabilem consuetudinem vel ipsissimi Gentiles servarunt; quantò magis Discipulis incumbet aut bonis Civibus, etiam post funera optimorum Præceptorum vultûs (*non equidem assimulare coloribus, aut ligno, marmore, ære exprimere, aut moles superbas titulis elogiisq; magnificis incisas exstruere,*) eorumq; Virorum, qui stylò ac filo Historicò dulcissimam Patriam ab oblivione, atq; interitu vindicârunt, Famam penicillò delineare declamatoriò, & ad posteros transmittere; ut post deinceps in laude ac celebratione hominum perpetuò vigeat efflorescatq; magis ac magis. Quare nec ipse alienum ab officio meo existimavi breviori dissertatione anniversariam *Beatissimi MOLLERI*, Patroni in ævum colendi, memoriam celebrare. Licet verò uberior differendi materia sese nobis offerat in Nostro. (Laudibus enim decantare possem vel Orientalium Lingvarum varietatem,

tate  
ctab  
bat  
inc  
No  
sing  
neg  
qvi  
pita  
run  
gre

Col  
mo  
in a  
Ven  
res  
qua  
gen  
refe  
Die  
desi  
Bl  
Sti



tatem, quibus excellebat; vel Poëſios felicitatem, quâ dele-  
 ctabatur; vel Professionis & officii dignitatem quâ gaude-  
 bat; vel deniq; Bibliothecæ Inspectionis ſedulitatem, cujus  
 incrementa deſiderabat, vel Candorem, quem amabat.)  
 Nolo tamen falcem in alienam meſſem mittere, neq; ire per  
 ſingula decora Viri. Hoc certè longum & infinitum prope  
 negotium eſſe videretur. *Ingenioſiſſimos imitabor pictores,*  
*qui cum totam alicujus imaginem repræſentare non poſſunt, ca-*  
*pite aut pectore tenus tantum faciem ejus deſcribunt.* Nimi-  
 rum leviori penicillò Vitæ B. MOLLERI Auspicia, pro-  
 greſſus ejuſq; feliciffima Terminalia adumbrabo. Si enim

Magnus *Aristoteles* juſtâ pietate *Platoni*  
 Erexit variis conſperſam floribus Aram,  
 Et vitam innocuam tabulis inſcripfit eburnis,  
 Declarans tali gratam teſtamine mentem:  
 Me quoq; pro meritis Pietas & Gratia multis  
 Debita, *defunctum* poſcit maſtare *Patronum*  
 Elogiò dignò.

Mortuus d.  
 XXIIIX.  
 Novembr.

Nobiliffimus Patricius Noricus, *Chriſtophorus Fürerus*,  
 Collegii Senatorii in Imperiali Norimberga Caput, me-  
 morat cujuſdam vetuſtiſſimi moris, quem obſervant Turci  
 in anniverſariâ ſepulchrorum viſitatione. Nimirum  
*Veneris*, (qui Barbaris feſtus eſt, ut nobis Dominicus) mulie-  
 res Turcorum ante Solis ortum ad ſepulchra deſunctorum,  
 quæ extra Urbem ſunt, abeunt, ubi mortem Amicorum lu-  
 gent, monumentaq; floribus & aquâ conſpergunt. Eadem  
 refert *Johannes Wildius*, in vernacula noſtrâ hiſ verbis:  
 Die Weiber zu Alcairo pflegen der verſtorbenen Begräbnis zu  
 beſuchen / drey Freytag nach einander / nehmen mit Ihnen  
 Blumen und Graß / und ſtreuens auff das Grab / ſitzen bey zwey  
 Stunden dabey / beten und weinen / fragen warumb der Todte  
 geſtor

ClO 15CX.  
 vid. *Dilheris*  
*Zeit- und*  
*Weltlauff.*  
 die p. 809.  
 D. Geierus  
 Tr. cit. p. 278.  
 VVild Itin. L.  
 III. c. XIV. p.  
 188.  
 Salomon

Schvveigger  
 Itin. L. II. c.  
 LIX. p. 200.



gestorben sey / als wenn er das Leben in seinen Händen gehabt hätte. Und solches verrichten Sie frü Morgens / wenn die Sonne auffgehet / an Ihren Feyertag / welcher auff den Frentag ist / und wird auf Arabisch genennet Jomel Schumma. Und ist solches noch ein Gebrauch / welcher vor Zeiten bey den Juden gewesen / und annoch ist.

Kirch. L. I. c.  
IV. p. 30.

Vos quoq; Patroni & Fautores Literarum ac Literatorum spectatissimi, Amici colendi, omnes ac singulos invitat crastinus dies Veneris, qui Natalis olim Nostro contigit, adire frequentius, sine reprehensione, Sepulchralia MOLLERI, Amici quondam integerrimi, Medici dexterrimi, optimiq; Patroni Vestri; cujus Existimatio per terras nostras magna & celebris fuit; *Accedite quæso, quæis commodum erit, cras, finitis Sacris Passionalibus, tempus erit. Accedite, repeto, & benevolum audiendi animum adferte!*

Hoc sibi sedulitas meruit Virtusq; Sepulti.

P. P. a. d. XXI. m. Martii ANNO RECUPERATÆ  
GRATIÆ clō 10 CLXI.

---

Lectori Benivolo

P. S.

**N**E pagella hæc vacua remaneret, prolubio nobis fuit, adjicere Inscriptiones quasdam sepulchrales, quas Beatus noster MOLLERUS, quotidie mortis memor, in scheda quâdam reliquit.

I. SE-



I.

SEPULTUS HIC  
ANDREAS MOLLERUS,  
QVONDAM HUIUS URBIS MEDICUS,  
QVI TE, AMICE LECTOR,  
PLURIMUM SALVERE ET BENE VALERE JUBET,  
TU VICISSIM, SI PIUS ES, IPSI  
BEATAM RESURRECTIONEM  
PRECARE!

II.

HIC JACET ANDREÆ MOLLERI LIPSONON, URBIS  
QVI DOCTOR MEDICVS CHRONOGRA-  
PHVSQVE FUIT.

III.

HIC LAPIS ANDREÆ MOLLERI CONTEGIT OSSA,  
URBIS QVI MEDICVS CHRONOGRAPHVSQVE  
FVIT.

IV.

HIC EGO MOLLERVS RECVO: SI NESCIAT ÆTAS  
POSTERA. NIL CVRO. SCIT DEVS HVNCCE  
LOCVM!

F I N I S.





Zc 7035 AK


SEPULTUS HIC  
ANDREAS MOLLERUS  
GYORDAM HUIUS URBS MEDICUS  
OVI TE, AMICE LECTOR  
PLURIMUM SALVARE ET HEC VALERE LIBET  
TU VICISSIM, SI PUS ES, PSI  
BEATAM RESURRECTIONEM  
PRICARE

II.  
HIC IACET ANDREA MOLLERUS IPSANON, URBS  
OVI DOCTOR, MEDICVS CHRONOGRA-  
PHVSQVE FUIT.

III.  
HIC LAPIS ANDREAE MOLLERI CONTEGIT OSSA,  
URBS OVI MEDICVS CHRONOGRAPHVSQVE  
FUIT.

IV.  
HIC EGO MOLLERVS RECVBO: SI RESCIAT ATRAS  
FOSTERA, NIL CVRO. SCIT DEVS. HANCCE  
LOCVM!

F I N I S



WMA

111



Q. H. 261, 20.

7.

PAREN  
MAN  
**B. D. ANDRE**  
MEDICI & CH  
FREIBE  
DIC.


MAXIME-REVEREN  
ET RELI<sup>2</sup>. PAT  
AG LITERATOR  
A. D. XX

A. S. C.  
EX O  
INV  
M. NICOLAUS G  
LYCEI

IBID. TYPIS



2054159



**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

